



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

3. An juramento calumniae non praestito processus sit ipso jure nullus? An Parentibus & Patronis remitti potest? Quae poenae recusantis juramentum sine causa legitima?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

2. de non inficiando, aut reticendo si quid interrogabitur. 3. de non corrupendo iudice datis muneribus. *Gl. in cap. 1. de jur. cal.* Ex his primum inuenio expressum. *nov. 49 cap. 3* Alterum ex consuetudine magis, quàm juris cõmunis dispositione exigitur. *Vallens. lib. 2. h. t. §. 1. 3.* continetur *Authen: isto Cod. de jur. cal.* 4. quòd dilationem non petat in fraudem ad protractionem cause, & quòd iudicibus, aliisq; personis quibuscunq; nihil pro causa dederit promiseritvè, nec per se aut alium daturus sit, præterquam advocatis, quibus de jure dari permittitur, habetur *Authen: principales. C. eod: juncta L. plebiscito ff. de officio presid.*

3. Idem, quod diximus ipsos litigatores jurare debere, ita temperant, ut excipiant procuratorem in rem suam, & eum, qui habet speciale mandatum *arg. cap. 3. 4. pen. & ult. de jur. Cal. Azo in sum. C. eod. Sed non videtur hæc distinctio ex textibus citatis colligi. Sunt etiam, qui separant jurandum malitiæ, à juramento calumniæ pluribus inter utrumque differentis positis. *Specul. tit: de jur: cal: VVesenb: par: C. eodem: n. 12.* Satis ineptè: quid enim aliud est*

uid est calumnia quàm malitia? Certè ca-
 lumniari in criminalibus, est falsa crimi-
 na intentare *L. 1. in prin. ff. ad Turpil* in civi-
 libus verò est, per meras frustrationes
 negotium differre, vel per fraudem alios
 litibus vexare. *L. si calumniatur ff. de verb sig.*
 An iusjurandum calumniæ Parentibus
 & Patronis remittatur controversum est.
 Respondet *Cuiac: 9. obs. 37.* non remitti:
 & confirmatur ex *L. 34. §. qui iusjurandum*
ff. de iurejurand. Controversum similiter,
 an iurejurando calumniæ non præstito,
 processus sit ipso iure nullus? Pleriq; *di-*
stinguunt. Omissum non vitiat; recusa-
 tum vitiat iudicium: item expressè remit-
 ti nequit, tacitè potest. *Accurs. Bart. &*
alij DD. in L. 3. §. sed quia veremur C. de iure-
jur. Nobis quoq; distinctio placet; Porro
 actor sine causa legitima iuramentum ca-
 lumniæ recusans, in pœnam contumaciæ,
 actione suâ cadit, & reus pro confesso ha-
 betur *cap. fin: h. t. L. 2. §. quod act: C. eod. mo-*
do ante Judicis sententiã declaratoriam
 contumaciam non purget præstatione ju-
 ramenti. *L. eos qui in princ. ff. de iure fisci: Gail.*
1. obs: 86. & modò ab actore conveniatur
 reus.

reus.

reus actione civili: quia in criminalibus ex solâ contumaciâ, accusatus non habetur pro confesso. *L. Divus: vers. sic & Divus Pius ff. de cust. & exhib: reo Barth. in L. absentem. n. 3. ff. de pœnis.* Sic etiam in spiritualibus causis & beneficialib⁹ dicta pœna locum non habet: veluti cùm agitur de decimis: ne inde detur vitiosus ad talia ingressus. *In Procuratore* an locum habeat, meritò dubitatur, eò quod perinde ac ipse Dominus extrahendo processum, vel injustam causam scienter defendendo calumniari possit. Et licet benignior sit sententia non habere, tamen de rigore iuris locum habere existimat. *Gail: lib. 1. obs: 29.*

TITULUS VIII.

DE DILATIONIBVS.

C A S U S.

IN Concilio Nicæno cùm Episcopi nō pauci loco sententiæ indignas finitimorum Episcoporum criminationes deferrent, & à Constantino Magno causas cognosci postulerent, Imperator Libellis in sinum

absq;